



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Hæresis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

H A E R E S I S. 273

et. Quia
condi-
equatu-
mam sibi debitam in bonis patris fa-
ti Religiosi , etiam post professio-
nem , donec pater moriatur. *ibid.*

H A E R E S I S.

*Vide Matrimonium, Eleemosyna,
Reservatio casuum.*

OMNES Religiosi etiam Mendi-
cantes, hodie (quod olim ita nō
erat) subiiciuntur officio S. Inquisi-
tionis per multos Pontifices , nisi
eorum Superiores iudicium & cau-
sam præoccupauerint, per Extraua-
gantem Py I V. quæ quoad hāc par-
tem licet aliquando fuerit recepta;
nunc tamen S. Tribunalis stylus &c
consuetudo contrariam obseruat :
nulli enim Superiores audent suos
in hac causa iudicare ac punire, sed
protinus ad S. Officium deferunt.
2. q. 81. art. 1.

Inquisitor de Ordine Prædicato-
rum non potest procedere in Fra-
trem Minorem , nec è contra , sine
expressa Papæ licentia , per *Sixtum*
IV. art. 2.

Inquisitores Religiosi priuilegio
exempti sunt ab obedientia sui Su-

Q 3 PC

perioris, quoad omnia tangētia exēcutionem dicti Officij, vnde pos-
sunt ire Romam, ibique morari non
obtenta, vel petita licentia quorum-
cumque Superiorum. art.5.

Cūm Inquisitores sint Iudices
in utroque foro, possunt ex commu-
ni consensu, graui ex causa com-
mittere alteri Confessario, absolu-
tionem in foro conscientiæ respe-
ctu criminis hæresis, nisi institutio-
ne, & supremi Iudicis mandato pro-
hibeantur. art.4.

Dicunt quidam Inquisitorem v-
num, quia ordinarius est, præsentim
cum solus visitat, posse audire con-
fessionem, & ab hæresi absoluere fa-
cta abiuratione, aut committere ex
causa alteri Confessario, circa per-
sonam longè distantem & impedi-
tam accedere ad Inquisitorem, v-
el v.g. Monialis. art.4.

Sixtus IV. statuit, quod Inquisito-
res hæretici prauitatis quicumque
sint, possint procedere contra eos,
qui afferuerint quod confessi Frati-
bus Mendicantium teneantur con-
fiteri eadem peccata Rectoribus
Parochialium Ecclesiarum. art.6.

¶ Inqui

Inquisitor potest vnum , aut plures Clericos , & Regulares assumere , & creare in Notarios. art. 7.

Inferior Papa , nisi ex eius speciali delegatione: licentiam legendi libros hæreticorum , etiam ad eorum errores confutandos , concedere non potest . Ex Nauarro . tom . 2 . qu . 82 . art . 3 .

Præpositi Societatis amplissimas facultates habent à Pio V . & Greg . XIII . circa lectionem librorum prohibitorum , etiam contra Bullam Cœnæ Domini : quæ à n adhuc valent , & maximè in Hispania , dubium est . *Ibid.*

Fiscus sacerularis confiscans bona Religiosorum & Clericorum hæreticorum ; incidit in excommunicationem Clementinæ Nolentes , de hæreticis ; quod tamen fallit confiscando bona mobilia Fratrum Minorum quorum dominium benefactores sacerdtales sibi reseruarunt , quia talia non sunt bona Ecclesiastica . to . 2 . q . 83 . art . 1 .